

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput CXXII. Parabola De Dispensatore Iniqvo. Luc. 16. Vers. 1.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

tes, in regione longinqua dissipavit cum meretricibus. Etsi enim Deus ipsi hæc naturæ dona derat, ut ex visibilibus invisibilia Dei cognoscere posset Rom. 1. v. 20. erravit tamen in cogitationibus suis, & gloriam incorruptibilis Dei communavit in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & serpentium. Sicque idola colens turpiter cum ipsis forniciatus est, donec omnia bona & naturæ & gratiæ consumeret. 2. Consumptis omnibus capi egere cognitione Dei, vera pietate & omnibus virtutibus. Derelicto enim fonte virtutum, quid aliud quam mera barbaries sequi potest? Et secuta est in longinqua illa atque à Deo semota regione *valida famæ*, famæ non panis, neque sitis vini, sed audiendi verbum Domini. Amos 8. v. 11. Ubi autem hæc dira famæ ingruit, ibi deficit cultus Dei & omnis vera religio, atque sensim homines animis contabescunt. 3. in hac egestate adhæsit unius civium in illa regione. Diabolus in mundo regnum obtinuit, cuius potestati tota gentilitas tum fuit subiecta. Hic multos habuit Philosophia, Pœsos etiam veritatis magistros: hic quisque sibi eligit prolibitu, per quem summum bonum se consequi posse sperarunt. Sed re ipsa experti sunt, ipsorum doctrina nec spirituale famem sedari, nec satiitatem parari, tantum lemitti ad porcos ut silique ventrem distendant. 4. Pertensis ergo miserrimæ sua conditionis, & Deus ipsorum misertus, misit ipsis verbūm Evangelii, quo *surgere* ipsis justis ex fôrdibus suillis, à colluvie idolomania, superstitionum & omnium vitiorum. Hi ad verbum Dei impigi surrexerunt, nec scipios ob uitatem indignos reputantes nec de Dei prædicata benignitate diffidentes, ad eandem felicita-

tem, qua haec tenus judæi in domo Dei usi, prope rurunt. 5. Deus gentes magno numero ad regnum suum accurrentes, non tantum benignissime & paternè suscepit, sed etiam Innocentia stola, quam egressæ ex domo Dei amiserunt, in Christo ipsis vestivit, annulo spiritus eas sibi despontavit, novis viribus & ut in Dei præceptis ambulare possent, ceu *calceamentis*, instruxit. Nec hisce contentus adhibet eas ad lautissimum suum convivium, quod in Ecclesia sua paravit, cibat eas sacrosancto filii sui corpore sub pane benedicto, potat ipsis ejusdem sanguine in calice consecrato. Et hisce delitius eas reficit tantisper, donec transferantur in beatam illam immortalem vitam, ubi omni voluntatum genere abundabunt in omnem æternitatem. 6. Populus autem Judaicus, qui in V. T. in agro legalium ceremoniarum assidue fuit occupatus, & grave legis jugum satis diu portavit, videns gentiles tam facile ad gratiam Dei recipi, remissionem peccatorum & promissionem vita æternæ consequi, contramurmuravit, &c. ut ex Actis Apostolicis patet, sapienter noluit permettere, ut gentes ad gratiam Evangelicam admittentur, nisi jugum legis simul in se reciperent. Sed Deus illorum morositate nihil offensus, per concilium Apostolorum (quos Christus orbis & præsertim gentium Doctores constituit) Actor. 15. v. 28. gentes à rigore legis liberavit, & per secundum secula jam in doctrina gratiæ conservavit. Cui pro hac benignitate gratias agimus, licet occœcati & obdurati Judæi acerbissimo odio nos propterea prosequantur. Die Jüden vermaulen unserim Herrn Gott den Himmel, so kan er ihrer auch wol entrathen.

C A P U T C X X I I .

PARABOLA DE DISPENSA-
TORE INIQVO.

LUC. 16. vers. 1.

R A T I O O R D I N I S .

DE ordine historiarum hic disputare velle supervacaneum est. Nos enim, ut jam aliquoties dictum est, sequimur ordinem Lucæ. Qui hoc in loco, ut ostendat hanc parabolam alio loco & tempore dictam esse, addit: *dicebat autem* & ad discipulos suos: cum priores parabolæ ad Pharisæos & Scribas dictæ fuerint. Unicum hic notandum est, quod Lucas vers. 18. hujus capituli interserit unicam periodum, qua innuit sibi displicere Pharisæorum doctrinam de residuo. Et quia hæc eadem doctrina Matth. 19. vers. 3. & Marc. 10. vers. 2. quoque tractatur, ubi Pharisæi plena disputatione Christum hoc nomine aggrediuntur. Ideo movit hoc Andream Olsandrum, & Cornelium Janßenium & alios, ut tam Matthæi quam Marci descriptionem ad hanc pe-

riodum reducerent, & in unam Harmoniam compingent. Sed sunt hæc diversissimis in locis facta. Lucas hic describit, ut ex præcedentibus patet, quid Dominus Jesus in Judæa docuerit. Disputatio autem Pharisæorum contra Jesum facta est in regione *trans Jordanem* hoc est in Peræa, prout uteque Evangelista disertis verbis testatur. Et quid opus est historias, quando se invicem consequuntur, tam procul ab invicem dispergere? Osiander ipse fatetur disputationem cum Pharisæis, & oblationem infantum una die accidisse: & tamem per aliquot capitula ab invicem segregat. Nos ergo simplicitatem sequentes, hanc periodum huic parabolæ subjungemus: disputationem autem suo loco, volente Domino, tractabimus.

Harm. Tom. I.

Rrrrr 3

DIS-

HARMONIAE EVANGEL.
DISPENSATOR INIQVUS.

LUC. 16.

1. Ἐλεγε δὲ καὶ πρὸς τὰς μαθητὰς αὐτῶν ἀνθρώποις τις ἦν πλουσίος ὃς ἔχει οἰκονόμον καὶ ἔτος δεῖχλῆθε αὐτῷ ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ.
2. Καὶ Φωνήσας αὐτὸν, ἐπεν αὐτῷ τί ἔτος ἀκύνθωτοι σε; απόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σε, καὶ γάρ διώσῃ ἐτοι οἰκονομομένη.
3. Ἐίπε δὲ ἐν ἑσυτῷ ὁ οἰκονόμος, τί ποιῶσω, ὅτι δὲ κύριός με ἀφερεῖται τὴν οἰκονομίαν αὐτῷ ἐμῷ, σκάπτεν ἐκ τοιχίου, ἐστρατεύοντος.
4. Ἔγνω, τί ποιῶσω, ἵνα ὅταν μετασεΐθω τῆς οἰκονομίας, δέξονται με εἰς τὰς οἰκές αὐτῶν.
5. Καὶ προσκαλεσάμενος ἔνα ἕκαστον τῶν κρέοφειλετῶν δικυρίος ἐαυτῷ, ἐλεγετῷ πρώτῳ, πόσου ὁ φίλες τῷ κυρίῳ με.
6. Οὐ δὲ ἔπειτα, ἐκατὸν βάττας ἐλαίης, καὶ ἔπειτα ἀντῶν, δέξαι σε τὸ γράμμα, καὶ καθίσας ταχέως, γράψον πεντηκόντα.
7. Ἐπειτα ἔτερον ἔπειτα, σὺ δὲ πόδον ὁφέλειος, οὐ δὲ ἔπειτα, ἐκατὸν κόρυς σίτα, καὶ λέγει αὐτῷ, δέξαι σε τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὑγδατοντα.
8. Καὶ ἐπένεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδοκίας. ὅτι Φρονίμειος ἴσποισεν, οὗτοι οἵ τοις διατάσσονται τάτου Φρονιμώτεροι υπέρ της καὶ διὸ Φωτός εἰς τὴν γενεάν την ἑαυτῶν εἴσι.
9. Καργάλιον λέγω, ποιήσατε ἑαυτοῖς Φίλους ἐκ τῆς μαμμονῆς τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξωνται ψυχὰς εἰς τὰς αἰώνιες σκηνὰς.
10. Ο πιστὸς ἐν ἀλαζήσω, καὶ ἐν ποιῶν πιστὸς ἐστι. καὶ οὐ δὲ ἀλαζήσω ἀδικοῦσα, καὶ εἰς ποιῶν ἀδικός ἐστιν.
11. Εἰ ἐν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμμωνᾷ πιστὸς ἐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύεται.
12. Καὶ εἰ ἐν τῷ ἀδικούμενῷ πιστὸς ἐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δύσσεται.
13. Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται διαι τοις δελέουται. οὐ γάρ τὸν ἔνα μοσχηταί· καὶ τὸν ἔτερον οὐγαπτηταί. οὐδὲς αἰνέεται, καὶ τὸ τέτταν καταφρονηταί. οὐ δυνάθεται δεῖν δελεύειν καὶ μαμμωνά.
14. Ήκανον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ Φαρισαῖοι, Φιλάργυροι, πτάρχοντες, καὶ ἐξεμικτήρειον αὐτῶν.
15. Καὶ ἔπειτα αὐτοῖς, ὑμέρα ἐστι οἱ δικαιοντες ἑαυτὲς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, οὐ δὲ θεος γνωσκει τας καρδίας υμῶν· οὐτοι τὸν ἀθρωπινὸν ψυχὴν, θεδεληγμα ενώπιον τοῦ θεοῦ ἐστιν.
16. Ο νόμος οὐ οἱ προφῆται ἐστι Ιακὼν, ἀπὸ τούτου ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ευαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιβλεῖται.
17. Εὐκεπτώτερον δέ ἐστι τὸν ἔργον καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν ἢ τὰ νόμιμα κεροῖσι ποσέν.
18. Πᾶς δὲ ἀπόλιτος τὴν γυναικά αὐτῷ, καὶ γαμοῦ ἐτέρους μαρτύρει καὶ πᾶς οἱ ἀπολελυμένον απὸ αὐτὸς γαμοῦ μαρτύρει.
1. Dicebat autem Ἰησος ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat dispensatorem, & hic datus eis apud illum, ut qui dissiparet bona ipsius.
2. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde nationem dispensationis tuae, non enim poteris posthac dispensare.
3. Ait autem dispensator intrasse: Quid faciam, quia dominus meus auferat a me dispensationem? Fodere non valeo, mendicare crubescio.
4. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a dispensatione, recipiam me in domos suas.
5. Convocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?
6. At ille dixit: Centum batos olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta.
7. Deinde alteri dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum costriciti. Et dicit ei, accipe cautionem tuam, & scribe octoginta.
8. Et laudavit dominus dispensatorem iniquum, quod prudenter fecisset. Quia filii hujus seculi prudentiores sunt filii lucis in natione sua.
9. Etego vobis dico: Facite vobis amicos ex mammona iniqui, ut cum defeteritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.
10. Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est. Et qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est.
11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuisti, quod verum est, quis vobis credet?
12. Et si in alieno fideles non fuisti, quod vestrum est, quis dabat vobis?
13. Nemo servus potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diliger, aut uni adhaerabit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonem.
14. Audiebant autem haec omnia Pharisei, qui erant avari, & deridebant illum.
15. Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos ipsos coram hominibus. Deus autem novit corda vestra. Quia quod hominibus excusum est, abominandum conatur Deo est.
16. Lex & Prophete usque ad Iohannem, ab eo tempore regnum Dei annuntiatur, & quivis in illud regnum facit.
17. Facilius est autem calum terram praeterire, quam legis unum apicem cadere.
18. Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram dicit, adulterium committit. Et omnis qui dimissam a viro dicit, adulterium committit.

Periocha huius Parabola.

Julianus Apostata & Porphyrius Sophista servatorem nostrum Iesum Christum ob hanc parabolam turpiter traduxerunt, & calumniati sunt, quasi per eam dilapidationem bonorum, furtam, rapinas, fraudes & similia peccata probasset, eo

quod Dominus iniquum hunc dispensatorem laudasset, quod prudenter fecisset. Sed scimus omnes, quod si cuivis liberum esset, parabolis glossas affingere, quas vellet, tum mirabiles disputationes contra varia Dei præcepta orituræ essent. Sed hæc est lex

lex parolarum , qvod Christus sibi explicatio-
nem & applicationem earum reservavit , quam
etiam ubique vel præmisit , vel subjunxit , & intra
illas metas ab ipso monstratas nos continere de-
bemus. In primis autem si attendamus , qua occa-
sione Christus ad proponendam hanc parabolam
adductus fuerit , tum doctrina & admonitio ejus
erit planior. Proposuerat Christus in præcedenti-
bus exemplum prodigi : qui omnia sua dilapida-
vit : & tamen cum reverteretur gratiam apud pa-
trem consecutus est. In illo exemplo voluit pingere
quales nos omnes simus , nimirum natura perdi-
& prodigi : nihilominus tamen DEI miseri-
cordiam tantam esse , ut si convertamur , per poe-
nitentiam & fidem , recipiamur. Hæc doctrina
pro peccatoribus adeò salutaris & consolatione
plena est , ut merito omnes cum Acolasto accu-
rere , aut si ire non possent , ferperre deberent , quo
divinae hujus gratiae participes fierent. Nam si
quem judicium DEI & mors apprehendunt , dum
est in statu perditionis , tum perit in aeternum : sie-
ut Acolasto accidisset , nisi domum properasset. Sed
animadvertisit Christus , qvod hæc tam fidelis
ipius communio à Pharisæis contemnatur , ma-
ginitudo gratiae DEI nec consideretur , nec re-
cipiatur : nullus est qui cogitat , Ego peccavi , sed
omnes manent securi , & pergunt audacter in an-
teacta vita. Christus ergo , ut pigritiem excusat ,
& omnes permoneat , ut valedicant securitati , te-
statur Evangelista , ipsum mox postquam finierat
Acolustum , & animadvertebat , qvam parum a-
pud homines hujus seculi proficiet , qui volunt
mali manere & studiosè etiam contra DEI volun-
tatem perire , sibi subjunxit Christum hanc pa-
rabolam de iniquo dispensatore , ad discipulos
directam , ita tamen , ut etiam Pharisæi eandem
audirent , & se ea notari intellexerent. Et voluit i-
pisi ea indicare , in quaquam ipsiō perpetuo sic in
securitate circuituros , sed futurum tempus , ut ad
rationes reddendas citentur , ubi minus subsiste-
re possint , qvam hic dispensator. Attendant ergo
quid illi fecerit. Si quidem ipsi tempus concedi-
tur conficiendi suas rationes , certe non negligens
est nec contemnit citationem , sed omnes nervos
ingenii intendit , ut sibi prospiciat , ne post remo-
tionem ab officio egere cogatur. At hinc vult
Christus inferre , si hic oeconomicus & dispensator
in iniquo adeò diligens fuit , tantum ut ventri suo
prospiciat , ne quid ei desit: cur vos in causa DEI &
anime vestra adeò estis desides , nec serio cogita-
tis , qvomodo aeternam animæ salutem procurare
debeat. Qy hanc occasionem hujus parabolæ
attendit , ille nunquam dicit , Christum ea furtum
& rapinam probasse. Parabolam itaque in manus
sumemus , & prout Christus ipse eam partitur , sic
nos etiam tractabimus. Habituri autem sumus 1.
Narrationem parabolæ. 2. Ejusdem applicatio-
nem ab ipso Christo monstratam.

1. Proponit Christus in parola duas personas
1. divitem hominem. 2. Ejusdem oeconomicum sive dis-
pensatorem. Non autem loquitur de mundani
rebus , sed ipse tanquam cœlestis homo , cœ-
lestia per illa vult intelligi.

1. Dives homo est DEUS , cuius dispensatores sunt
omnes homines , eo qvod ipsi bona sua concedit :
qvanquam uni plus , alteri minus. Bona illa

Harm. Tom. I.

Iunt 1. Bona mundi sive fortuna , ut aliqui vocant:
aurum , argentum , agri , pecudes , prædia , domina-
tiones. Hæc DEUS initio dedit Adamo plena ma-
nu: Gen. 1. v. 28. & licet per peccatum hæc bona
amiserit , tamen DEUS post diluvium ad posteros
repetuit , Gen. 9. v. 2. 2. Bona corporis , qualia sunt
sanitas , pulchritudo , robur , omnes sensus , visus ,
auditus , motus. Hæc , qualia & quanta sint bona ,
ferè non agnoscamus , nisi ex privatione. 3. Bona
animi seu spiritualia : ingenitum , sapientiam , pru-
dentiam , memoriam , eloquentiam , pacem , ver-
bum salutis , promissionem gratia , iustitiae , & vitae
æternæ. Hæc bona DEUS hominibus communica-
t. non ut ipsi eorum sint Domini , sed dispensatores
ad alios. Ipse DEUS manet eorum Dominus ,
juxta illud Psal. 24. v. 1. Domini est terra & omnis
plenitudo ejus. Quemadmodum ergo dives ali-
quis Dominus øconomico suo gubernationem pe-
cuniae , frugum & aliorum qvæ possidet , concre-
dit , ita tamen ut rationes de iis reddat : ita DEUS
nobis singulis sua dona elocavit , ut moderate iis
in ipsius timore utamur , cum iis proximo inservia-
mus , & Domino usuram faciamus : quia ratio de iis
olim reddenda. Nec decet ut hic unus alterum re-
spiciat , & regentem cogitet , hæc magnis Dominis ,
qvibus DEUS integras regiones & populos guber-
nandos tradidit , dicta sunt : aut etiam illis , qui
magnis donis , sapientia , eloquentia & similibus
sunt ornati. Evidem verum est , qvod de his , qvo
plus acceperunt , eo plus ab ipsis requiretur. Luc.
12. v. 48. sed tunc qvis pauper sit , tamen habet
qvod à DEO accepit. Si non mundi bona , tamen
corporis : si non hæc splendida , tamen ipsum cor-
pus & ipsam animam , qvibus qvis debitor factus
est DEO : & praterhæc accepit , verbum , Sacra-
mentum , ablatus est à peccatis in baptismo per
sanguinem Christi , cibatus & potatus ejusdem
corpo & sanguine in sacra Cœna. An non hæc
sunt magna dona , qvæ DEUS etiam in pauperi-
mos conferit.

2. Quærat ergo qtiis , qvomodo de iis utatur , ut
non iniquus sed bona frugis dispensator sit? Hic qviliq;
expendat , qvid DEO , qvid proximo ; qvid sibi ipse
debeat , tum eo rectius officium faciet. 1. Qvo
ad DEUM : huic omnibus nostris bonis serviamus.
Aurum , argentum & reliqua bona nostra contri-
buamus ad propagandum purum verbum , ad conser-
vantum ministerium , cuius gemitus ob tenui-
tatem sustentationis passim audiuntur. Corporis
vires , aures , os & reliqua locemus ad audiendum
DEUM in verbo , ad prædicandas ipsius laudes , ad
promovendum ipsius cultum , sapientiam , eruditio-
nem , eloquentiam eo dirigamus , ut iis DEI
Ecclesiam ædificemus. Imò corpus & animam eo
impendamus. Toti enim sumus ejus , qui nos san-
gvinis sui pretio sibi acquisivit. 1. Pet. 2. v. 9. 2.
Qoad proximum. Si DEUS plus tibi dedit , qvam
illi , liberalior cum ipso communices : maxi-
mè si coram te sit , & DEUS ipsum tibi vicinum de-
derit. Hic tum deriva fontes tuos foras , & in pla-
teis aquastuas divide : tutamen eorum dispensato-
r manere potes , Prov. 5. v. 16. Non sis ita duri-
ter affectus erga pauperes , sicuti mox de divite e-
pulone audiemus , erga Lazarum. Ideò DEUS in V.
T. ordinavit decimas , de qvibus prolixè agitur
Deut. 14. 22. & ibi nominat Levitam , viduas , pu-
pilos

Rrrrr 4

pillos & pauperes, qvorum habenda sit ratio. 3. His quando satisfactum est, tum quod supereft, bona conscientia quis uti potest, pro sua, suorum liberorum & familiae necessitate, non ad superbiam, luxum vel voluptates: sed moderate, parce & in timore DEI. Si quis inde habeat victimum & amictum, tum refiduum colligere & reservare potest ad futurum necessitatem. De his habemus disertum DEI verbum. Qapropter si quis olim in novissimo die cupiat latetam illam vocem Matth. 25. v. 28. audire: Euge serve bone & fidelis, qvia super pauca fuisti fidelis, super multa te constitutum: intra in gaudium Domini tui, suam dispensationem sic instituat, ut in reddendis rationibus probetur: Hic enim sumus dispensatores terrenorum bonorum, illic futuri sumus hæredes æternorum bonorum: hic peregrinamur, illic in patriam recipiemur: hic sumus in valle lachrymarum, illic futuri in palatio gaudiorum: hic fungimur servitio, illic accepturi coronationem & remunerationem.

3. De dispensatore hoc dicitur, quod delatus fit apud Deum, ut qui dissiparet bona illius. Sic apud omnes ferè homines, bone Iesu, qvæ & quantæ sunt dissipations? Plerique auro & argento suo, ac si illud à se & non à Deo haberent, superbiunt; alii per luxum & profusionem omnia prodigunt, nulla habita ratione pauperum. Imo his (qvod saepè principes faciunt injustis exactionibus) bolum ex fauciibus eripiunt, ut luxus & voluptates suas conservent. Pauperes multis ante fores jacent, Christus acclamat, ut ipsoſ juvemus, sed plerique surdas habent aures. Sic saepè videmus, qvomodo juvenes robore corporis sui abutantur ad servitium diaboli, potando, lurcando, helluando, scorando, inutiles labores fuscipiendo. Sic flores juventutis Diabolo consecrant, feces autem sene-
tutis Deo reservant. Magnus etiam est abusus spiritualium bonorum. Si cui DEUS largitur argutum ingenium, eruditionem, linguarum scientiam, eloquentiam & similia dona, tum multi iis abutuntur ad pervertendam religionem. Et quia Deus non statim hosce abusus punit, plerique putant Deum dormire, & hæc nequaquam curare: & si maximè interdum evigilet, publicis poenis, tamen ipsi manent in sua protervia. Sed hujusmodi dissipatoribus idem accidit, qvod iniquo huic dispensatori. *Diffamantur, ut qui Deo dissipent bona sua.* A qvibus diffamantur? 1. A propriis peccatis, sicuti Gen. 18. v. 20. peccata Sodomorum & Gomorrhæorum in cœlum clamarunt, & Deum ad prœnam provocarunt: Sic etiam horum peccata vindictam à Deo exigunt. 2. A Diabolo. Hic enim conscribit longum repertorium vitiorum & peccatorum nostrorum, ut ea deferat ad Deum. Ideo Apoc. 12. v. 10. à cœlesti Ecclesia vocatur accusator confratrum ipsorum, qui illos ante conspectum Dei accuset die a nocte. Nec simpliciter eos accusat, sed etiam calumniatur, sicuti Jobo fecit, Job. 1. v. 10. cuius simplicitatem & pietatem coram Deo pro hypocrysii calumniatus est. 3. Quin & boni angelii, quando malis operibus eos abigimus, nos accusant coram Deo. Nam hi semper vident faciem patris nostri qui in cœlis est, Matth. 18. v. 10. 4. Gemitus pauperum seu proximi quem quis tyrannice traxavit, qvoq; deferunt iniquos apud Deum. Sic

Genes. 4. v. 10. Sangvis Abel de terra clamavit ad Deum pro vindicta. Exod. 2. v. 23. Gemitus & cogitationes Israelitarum ad Deum ascenderunt in cœlum. Et Ps. 12. v. 6. dicit Dominus proper gemitum pauperum exsurgam: ponam in salutari, & prædicabitur ei. 5. Propria conscientia, qz milie testium loco est, multos etiam apud Deum defert. Sed quid tandem fit? Iniquo dispensatori dicitur: *reddi rationem dispensationis tue, non enim poteris post bac dispensare.* Sic & nos citamur ad reddendas rationes: partim per conciones penitentiae, partim per morbos, varias cruces & afflictiones. In primis vero quando accedit hora mortis, tum proorsus deponimur ab officio, & illa spoliat nos omnibus bonis. Si quis jam fuit iniquus dispensator, tum ipsum acculcit, & contra ipsum testantur non tantum homines, diaboli, angeli, propria conscientia, sed etiam propria opera, que nos sequuntur, Apoc. 14. v. 13. Ibi tum erit reddenda ratio de qvovis verbo otioso. Matth. 12. v. 36. nec licet tum appellare: sed standum erit late sententia irrevocabiliter in omnem æternitatem. De hoc admonemur, ut maturè circumspiciamus & consilium quæramus, qvomodo rationes nostras instituere velimus, per conversionem & seriam penitentiam, dum adhuc sol gratie nobis splendet, ne mox divina ira nobis imparatis superveniat.

4. Jam porrò attendendum est, quid fecerit iniquus dispensator, ut etiam remotus ab officio, tam non egeat. Consultat ipse secum, & dicit: *Fodere non valeo, mendicare erubesco, scio quid faciam.* Et Hic describit Christus naturam & ingenium filiorum hujus seculi, de qvibus infra dicet. Quando autem filios hujus seculi nominamus, tum non intelligimus tantum fures, lurcones, latrones & similes, sed omnes in qvibus vetus Adamus, de qvo singuli bonam unciam habemus, predominatur. Quid ergo faciunt hi filii hujus seculi. In hoc dispensatore id videmus: qvod Deus præcipit, illud nolunt facere: crucem qvam illis immittit, nolunt portare: sed qvod severe prohibuit, illud magis adlubescit. Attende, in hoc dispensatore iniquo omnia tria invenies. 1. Deus ordinavit, ut quisq; in sudore vultus sui, iuxta vocationem & statum suum, suum panem comedat, Gen. 3. v. 19. Sed hic dicit vetus Adamus, *fodere non valeo, nimis multum hoc requirit laboris, & exiguo reddit proventus.* 2. Pigri minatur Deus, Deut. 6. v. 11. qvod ipse gestas ventura sit qvæsi viator, & pauperes tanquam vir armatus. Sed hic rursus dicit V. Adamus: *mendicare erubesco.* Quid? num pauper esse debeo, nec qvicq; habere, & aliorum januam itipis causa pulsare, hoc pudendum foret. 3. Seguitur: *scio quid faciam.* Quid ergo: Non quidem dicit iam latro, vel fur: led cogitat: Ego fallam meum Dominum, defraudabo eum in suis bonis, & magnam eorum parcem ad debitores ipsius derivabo, tum hi beneficii hujus memores, *recipient me in domos suas, cum amotus fuerit à dispensatione.* Hæc quando de iniquo hoc dispensatore audiimus, tum omnes eum culpamus & dicimus: O de generem Dromonem, qui dignus est ut Deus cum puniat, Ego potius laborarem, ut eutis fumigasset: aut si omnino Deus mendicitudinem mihi imposuisset, agnoscissem poenam & patienter tulisse potius, qvam ut Dominum meum defraudarem. Sic nos quidem dicimus, sed fere fit, utili qui fessu



festucam vident in hoc œcono , trabem non conspiciant in proprio suo oculo . Nam τράχης ut plurimum diversum demonstrat . Nam quod pas- sim videmus oberrare , quibus DEUS in juventute honestum dedit patrimonium , concessit vocatio- nem & statum , in quo honeste se & suos sustenta- re potuerint , si fideliter functione sua defuncti fuissent : sed otium , desidia , comestationes sodalium , alea & similia ipsis nocumento fuerunt . Et quidem horum aliqui non erubescunt mendica- re , verum sunt impudentes mendici , qui mallent alicui marsupium cum pecunia eripere . Sed plerique cum hoc villico tacite lecum consultant , qvo- modo per usuras aut alios gryphos contra septi- mum præceptum aliud parare possint . Hasce fraudes & imposturas non tanti laboris esse existi- mant , & quia hoc in mundo inter filios hujus seculi valde vulgare est , & tamen nemo pro talibus haberi velit : ideo DEUS in aliena persona depinxit , ut corruptos hosce mores tanto facilius agnosca- mus , & studiosius fugiamus , quia omnes in dispen- satore improbamus . Memores ergo simus precum Salomonis Prov . 30 . v . 8 . Mendicitatem & divi- tias ne dedefis mihil : tribue tantum vietui meo ne- cessaria , ne forte satiatus illiciar ad negandum , & dicam : Quis est Dominus ? aut egestate compulsus furer , & perjurem nomen Dei mei .

5. Quomodo iniquus dispensator impiam suam deliberationem in actum traduxit ? Corvocatis fin- gulis Domini sui debitoribus dixit primo , dixit secundo , & sic deinceps , quantum debes Domino meo ? Hæc verba non ita intelligo , ut pleriq ; , quasi hic dispensator adeo ignavus & negligens fuerit , ut quantum singuli deberent , ignorarit , & deinceps ex debitoribus liquidum debitum cognoscere coactus fuerit . Nam singulorum ratiōne & Syngraphas obligatorias habuit ad manus , in quibus debiti sum- man videre potuit . Sed interrogatio hæc eo facit , quod , quando singuli summam sui debiti con- fessi sunt , & ipse uni remittit quinquaginta batos olei , alteri autem remittit viginti coros tritici , ipsius liberalitas de alieno tanto magis ipsis innocentiat , ipsique postea eò promptiores sint , vicissim ipsis gratificandi , eumq ; intra ædes suas ad sus- tentationem vita recipiendi . Idcirco mox primo , qui centum batos olei debebat , dixit : accipe cautionem tuam , & sede cito & scribe quinquaginta : alteri autem , qui centum coros tritici debebat , dixit , scribe octoginta . Quod non est ita accipendum ac si singulis veteri- bus suis chirographis hanc correcturam addiderit . Hoc enim facere non licet , & fraus nimis redderetur manifesta . Sed dilaceratis & remotis primis syngraphis obligatoriis singulos jussit no- vas concribere , in quibus plus non facerent , quam ipse scribere jussisset . Si quis autem novisfe cupiat , quid sit batos olei , & quid sit corus tritici , is quia- si per compendium id colligere potest ex loco E- zech . 45 . v . 10 . Statera justa , & Ephè justum & bat- tus justus erit vobis . Ephè & batus æqualia , & unius mensuræ erunt : ut capiat decimam partem cori- batus , & decimam partem cori Ephè : juxta mensuram cori erit æqua libratio eorum . Et quia Hebrei omnes suas mensuras præsertim in li- quidis juxta ova gallinacea regularunt , hinc cu- jusvis mensuræ quantitas colligi potest . Log . sex

ova continet : Batuſ septuaginta duο Logim exci- pit : Coruſ ſive Ituomer decem batis completur . Hinc etiam patet iniquum hunc dispensatorem plus remiſſe ei , cui viginti coros tritici remiſit , quam cui quinquaginta batos olei , licet hæc ſumma major sit . Ex laudavit Dominus iniquum dispensatorem , non quod piè & recte , ſed quod prudenter feciſſet . Quidam hæc verba non Christo ſed Evangeliftæ attribuunt , ut ſic tanto magis Christum excuſent , quod hujus fraudes & deceptions non probarit . Sed quid hoc opus eft effugio , cum ex mox ſequenti triſti Chri- ſti querela maſtē ſtūm evadat , quod Christus ni- hil horum probarit . Sic ergo Dominus delectatus dicitur ingenio iniqui ſui dispensatoris , ſicuti nos nonnunquam , quando audimus facinus , quidem dannamus , miramur autem & laudamus inge- nium , ſimul tamen dolemus , eum hoc ingenium non in melioribus exercere . Laudavit ergo , non quod fraudem commiſſet , ſed quod prudenter ſibi in futurum proſpexiſſet .

6. His ſubjicit Dominus moſtam querelam : quia filii hujus ſeculi prudentiores ſunt filii lucis in natione ſua . Quos filios hujus ſeculi vocat , jam in iniquo dis- penteſatore vidimus . Per filios autem lucis intelligit Christianos , qui per Spiritum ſanctum & Ba- ptiſma Deo renauiſſunt in filios . Et hi titulum hunc non habent natura , ſed per regenerationem , à Deo patre , qui eft pater luminum , Jacob . 1 . v . 17 . & à Deo filio , qui eft lux mundi , & illuminat o- minem hominem venientem in hunc mundum Joan . 1 . v . 9 . & à Spiritu ſancto , qui quoq ; eft Spiritus lucis & non tenebrarum . De his qui ſic DEI ſpiritu ſunt illuminati conqueſtitur Christus , & taxat eorum deſidiā , quod in querendis & appetendis coeleſtibus eternis bonis , non eam adhibeant diligentiam , quam filii hujus ſeculi in querendis bonis perituris . Vult dicere : videtis quanto ſerio dispensator mundanus , ſi ipſi officium renunciatur , res suas tractet , non quiescit uſque dum ſibi proſpiciat , ubi remotus ab officio manere poſſit . Et hic iniquus dispensator tam ſerio hoc agit , ut faciat id cum jactura honoris & exiftimationis ſuę apud debitores , & cum pericu- lo vita apud Dominum , ſi in auſterum & immi- tem Dominum incidiſſet , illeque pro jure ſuo cum ipſo agere voluifet . Quid vos , qui vultis vocari filii lucis ? Scitis vos debere valedicere huic mundo : ſcitis vobis reddendam eſſe rationem , quia quotidie videtis aliquos vos eo antecedere : ſcitis vos in judicio ad mille non poſſe unum re- ſpondere . Job . 9 . v . 3 . & tamen adeo ſecurè in diem viviſis , vos filii hominum , ſi decimam par- tem ejus diligenter impenderetis ad acqviſiendā coeleſtia bona , quam filii hujus ſeculi tribuunt acqviſiendis terrefribus per fas & nefas , melius vobis cum agere voleretur . Confer inter ſe filios hujus ſeculi in ſua natione , in ſuis actionibus & ſtudiis , cum filii lucis , & hæc nimis vera eſſe deprehen- des . Ad acqviſiendum unum florenum , quem tamen fures rapere poſſunt , integrum diem infu- mere audemus : ad conſeqvendum theſaurum vi- tæ aeternæ per integrum ſeptimanam agre & cum ſedio inſumimus unam horam . Mercenari- ius fert æſtum diei , vigil frigus noctis , ob paucos nummos : Opifex integrum ſeptima- nam ad ſudorem uſque laborat : Mercator ob tem-



ob temporalia bona cum periculo per mare navigat: Venator per montes per sylvas in æstu & frigore feras sequitur: Miles ob exile stipendum, corpus & vitam vendit. Econtra Christianus per integrum hebdomadem vix horam impedit in studium beatitatis. O pudor! o dolor! Excutiamus mortiferum hunc somnum: hæc mundana despiciamus, cœlestia autem suscipiamus & magnificiamus. Illuc pro corruptibili auro & argento, immarcessibiles coronas & thesauros, & pro mortali hoc corpore, clarificatum accipiemus.

II. Hactenus narrationem habuimus hujus parabolæ, cum qualicunque ejusdem expositione. Nunc sequitur ejusdem applicatio ab ipso Christo facta: *Et ego vobis dico: Facite vobis amicos ex Mammone iniquitate, ut cum defeceritis, recipient vos in eterna tabernacula.* De vocula *Mammone* dictum est c. 51. hujus Harm. peric. 7. & significat propriè in lingua Syria copiam ac thesauros divitiarum hujus mundi. Hic autem dicitur à Christo *Mammone iniquitatis* sive iniqui, non propterea quod divitiae per se sunt mala & iniquæ. Abraham enim, Josepho, Davidi, Salomon, & aliis qui fuerunt divites & potentes, divitiae non fuerunt Mammon iniquitatis. Sed sic vocat Christus, quia communiter ab hominibus quoad divitias peccatur, non tantum in iis acquirendis, sed etiam in iisdem possidendis & usurpandis. Et hoc usq; adeò vulgare est, ut etiam veteres dixerint: *Dives autem iniquus, aut iniqui haeres.* Quicunq; autem divitiis, etiam a DEO concessis, non recte uitur, is domi habet *Mammone iniquitatis.* Quoad Christi vero institutum, sic vult ille dicere: *Videtis mundum Mammone & divitias eo convertere, ut sibi in mundo amicos parent,* qui tamen ferè sunt infabiles, & tempore necessitatibus vel parvum, vel nihil profundunt. *Ego dico vobis, si cui Dominus dedit substantiam hujus mundi, ut liberetur de eleemosynas, non claudat viscera misericordiæ erga pauperes;* sed liberalis sit erga ipsos, sic parabit sibi amicos: *ut cum defeceritis, quod sit, quando mors ipsum exiit omniibus temporalibus bonis,* tum recipient eum in eterna tabernacula. Hic verò ne in errorem prolabamur ad duo est attendendum 1. Quinam hinc illi amici. 2. Quomodo iidem nos recipient.

I. Per amicos intelligent Jesuitæ sanctos qui jam cum Christo vivunt, & hos tum precationibus, tum justificationibus, tum cultu imaginum amicos esse faciendo, ut in hora mortis nostrum inserti nos in cœlum suscipiant. Sed hoc falsum est: Quia Christus hic non loquitur de demortuis; sed de vivis nostris confratribus, quibus ex Mammone nostro adhuc benefacere possumus: qui una nobiscum adhuc vivunt in hac peregrinatione, & nostro vive consilio, sive auxilio, indigent. His mature, dum adhuc vivimus, & valeamus, subveniamus, esurientes cibemus, sitiens potemus, & reliqua misericordiæ opera exerceamus. Hi quibus ita benefacimus, erunt in novissimo die nostri amici. Sed quomodo nos recipient? Non uno modo, sed pluribus. 1. Quando diligenter pro nobis orant, ut Deus nos illuminet, nobisq; benedicat: sicut fecit Abrahamus pro Abimelecho Gen. 20. v. 17. 2. Quando nobis viam ad salutem notam faciunt. Sic 1. Reg. 17. v. 9. Sareptana in fame communicavit panem Eliæ. Philippenses Paulo in custodia communicarunt de suis bonis Phil. 4. v. 15. Quid verò

ille profugus & hic captivus vicissim præstarunt? receperunt eos in æterna tabernacula: deduxerunt eos ad veram agnitionem DEI, ad veram fidem, & propter hos DEUS ipsis benefecit. 3. Quomodo in novissimo judicio coram Christo & beatis angelis de beneficentia nostra erga se publice testificabunt, juxta quod testimonium Christus nos in cœlum recipiet. Sicut ea de re Christus ipse prolixè testatur Matth. 25. v. 34. Ipse Christus est Dominus internorum tabernaculorum, ipse nobis mansionem in illis paravit Joh. 14. v. 2. Quando jam in novissimo die sedebit judex, & una cum ipso sedebunt non tantum duodecim Matth. 19. v. 28. sed etiam sancti 1. Cor. 6. v. 2. tum segregabit oves ab hircis, & hos quidem ad lævam, illas vero ad dextram collocabit. Hirci, qui fidem ovium, quæ in corde latet, non vident, murmurabunt & sibi injuriam fieri convitabuntur. Ibi tum procident hi amici, & coram Christo ovibus testimonium præbebunt, audientibus & ringentibus hircis. Hic unus dicet: Ego miser scholasticus in juventute mea perießsem, & fortassis ad boves vel porcos relegatus fuissim: sed hic vir fuit meus patronus, meque ad studia adhibuit: hic princeps, illa nobilis motrona dedit mihi subsidium studiorum. O bone Jesu, tu etiam ipsis hoc repende in vita æterna. Sic alius dicet: Ego pauper & egenus fame perießsem in priore vita, in lecto meo contabuißsem, nisi hic vir, vel illa matrona suis eleemosynis & medicamentis me recreassent. O Christe Jesu, retributor omnium bonorum, largiter nunc ipsis hoc retribue in cœlo. Ibi Christus dicet: Amen dico vobis, quod fecistis uni ex hisce fratribus meis minimis, mihi fecistis: Venite igitur benedicti Patris mei, & hæreditate regnum vobis paratum ante constitutionem mundi. Hi sunt amici, & hic est modus recipiendi in æterna tabernacula. Quisque ergo det operam, ut multis sibi amicos paret, qui olim sint telles pie-tatis. Est revera magnum fœnum, si quis pro terrenis bonis consequatur cœlestia: si pro libra luti recipiat certum pondum auri. Certè tales pro caducis bonis recipiunt æternum thesaurum in cœlis, suosque census ita adaugent, ut redditus sibi parent perpetuos.

II. Christus, ut eo fortius nos permovereat ad liberaliter dispensanda corporalia bona pro pauperibus, subiungit adhuc plures rationes inter quas hec una est: *Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est.* Et qui in minimo in justus est, is & in multo iniquus est. Et ratio ducta è consilio Dei, quo is quibusdam opes confert, non in alium finem, quam ut liberales sint. Heri hoc observare solent, ut servum novitum in re aliqua minuta probent, & si cum fidelem comprehendunt, tunc plura etiam ipsi concredunt; fin in tenuibus infidelitatem suam prodiit, potius Dominus servum ex ædibus abigit, quam ut plura ei credat. Sic Deus hoc consilio quibusdam dat Mammona, ceu rem vilissimam, ut eos probet an etiam sublimioribus rebus sint admovendi. Et unde fieri putabimus, quod multi liberalibus ingenii prædicti, tamen rebus agendis adhibiti, nil proficer possunt, quam inde, quod in dispensatione minorum DEI bonorum non fuerunt fideles, ideo DEUS ipsis indignos censet, quibus majora communicet. Hic vero in verbis Christi notandum est, quo loco divitiae mundane sint haben-

habenda. Mundus habet eas pro re maxima, unde diu noctuq; magno labore, quidam etiam per fas & nefas, cum periculo vita & anima eo contendunt, ut multa corradere possint, & divites sint. Sed Christus disertè hic testatur, quod sit ἡλαχίστον, minimum. Hoc verum esse credamus, quia os veritatis id prolocutum est. Multi etiam indignantur, quod sibi non tantundem divitarum datum sit, quantum aliis. Si considerarent divitias esse rem minimam, jam quiescerent. Debet autem multi simul cogitare, quis scit, utrum etiam fidelis futurus fuisses, si plura accepisses? Relinque ergo DEO liberam dispensationem temporalium bonorum.

III. Alia ratio additur: *Si iniquo Mammona fideles non fuisti, quod verum est, quis vobis crederet?* Et si in alieno fideles non fuisti, quod vestrum est, quis dabit vobis? Divitiae hic vocat Christus & iniquas, & alienas, & nostras. Iniquas, quia multis peccare faciunt. Alienas, quia non nobiscum nascuntur; sed à DEO alterius gratia communicantur, nihil faciunt ad pietatem, nihil ad vitam aeternam: ideo verè sunt ἀλλορία, τύπεια vero ἵγια, & nostra bona dicuntur, ad quae pinnati, vel potius regeniti sunt, & quae semper ipsis profundit, neque unquam eos deserunt. Qualia sunt fides, pietas, patientia, beneficentia, & ipsa deniq; vita aeterna, ad quam pii à Deo creati à Christo redempti, & à Spiritu Sanctificati sunt. Vult ergo Christus dicere: Qui malus provisor est rerum alienarum, idem etiam suis non bene consulet. Iccireò optimum factu, ut etiam à propriis arceantur, & proinde salus & vita aeterna non concedent illis, qui cum suo Mammona non fuerunt liberales. Illud autem diligenter notandum, qvod divitiae à Christo dicantur alienæ. Multi bonis externis profuse abutuntur, & si propterea reprehenduntur, indignè ferunt, dicentes: Atqui hac bona mea sunt, an non licet mihi cum meo facere, quod ego volo. At heus tu bone vir, Christus hic negat tua propria esse, & affirmit, esse aliena. Hunc audias, & in alieno non esto infidelis.

IV. Postrema ratio sumpta à contrariis & pugnantibus quæ in uno homine simul locum habere non possunt. *Nemo servus potest duobus dominis servire.* Aut enim unum odio habebit, & alterum diligit: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & Mammona. Hoc intelligendum est de duobus dominis sibi invicem contrariis; quales sunt DEUS & Mammon. Hi usque adeò dissident, ut cœlum ab inferno non plus diffidere possit. Deus enim vult, ut in hac vita piè vivendo, in altera ipsi convivamus, atque sic in æternum nobis bene sit: Mammon tamen nec patientem, nec salutem curat; sed vult, ut avare, parce, sordide viventes ipsi uni servitia præstemus, fiat de aeterna vita quicquid fors tulerit. Sed quia hæc ratio supra c. 5 i. harm. peric. 7. ex 6. c. Matth. v. 27. sufficenter est exposita, sedulum lectorem eo remittimus.

I. Tractationi parabolæ, & ejusdem applicationi jam subjungit Evangelista judicium Pharisæorum, qui & ipsi hujus concionis auditores færent, & facile sentiebant se ea petitos esse. Erant enim Φιλαργυροὶ avari, inhiantes temporalibus bonis. Et quia sentiunt se tactos, non possunt do-

lorempectore premere; sed egerunt eum. Ita enim semper accidere solet, ut qui sua vitia taxari sentiunt, offendantur & incandescant. Ebrius a grè fert ebrietatem taxari: ita avarus avaritiam, scortator scortationem, superbus superbiam, usurari⁹ usuras, & sic deinceps. Quid ergo Pharisæi ἐπειδὴν ζον διεβάντε illum. παντριζειν significat aliquem irridere, subfannare, & naso suspendere ad uno. Præpositio etiam εἰ verbo significationem maiorem & qualis intentionem addit: ut dubium non sit Pharisæos Christum non simpliciter risisse, sed etiam externa signa irrisione in vulnu & gestibus edidisse. Sie haben ihn ausgelacht, und aufgerauscht. D. Paulus hoc verbo usus est in passiva voce Galat. 6. v. 7. Nolite errare, οὐδὲ παντεῖται οὐδὲ θεός non irridetur. Aliquoties etiam legitur in V. T. ut Ps. 22. v. 8. conqueritur Christus: omnes videntes me εἰπεῖν γένος subfannarunt me. 2. Reg. 19. v. 22. & Esa. 37. v. 22. Nunciat Esaias regi, Se nacheribus sprevit te, πεπληρωθείσης subfannavit te, filia Zion virgo, ubi respondet Heb. 3. v. lachen/irrisit. Et habet hoc verbum cognitionem cum ἵππῳ quod balsum significat, ac si quis balbutient loquatur, & per irrisiōnem ipsius loqueland minus aptam imitetur. Id ideo autem Pharisæi avari hanc Christi concessionem irriserunt, quia cogitarunt, miser hic Jesus, egenus & inops peregrinatur universam nostram regionem secum ducens discipulos adhuc se egentiores. Iam producit rationes, quibus nobis non tamen persuadeat, ut eleemosynam ipsis & discipulis erogemus, sed etiam ipsis intra ædes nostras recipiamus, & gratis alamus. Sed diu concionabitur, antequam hoc à nobis obtineat: imò si conciones suas in universum suspenderet, fortassis citius à nobis a liquid obtineret. Et quia lex DEI divitiarum affluentiam promittit suis cultoribus, utique vel hinc manifestum est, divitiae nobis ob pietatem à Deo datas esse. Tales fuerunt tum Pharisæi. Sed hi non solum tales fuerunt. Eadem fannæ & cogitationes herent in multorum hominum cordibus, quando legunt vel audiunt sententias de dandis eleemosynis. Salomon dicit Pro. 19. v. 17. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei. Sed qvotusqvisque est, qui hæc audiens, promptè Deo mutuo det, & ab ipso compensationem expectet? Ergo in nobis eosdem defectus agnoscamus, qvos hic in Pharisæis culpamus. Quinimo ex hisce disce, hanc communient S. doctrinæ mercedem in hoc mundo esse, quod ab impiis risu excipi solet. Sicuti quidam Hierosolymitani id fecerunt Apostolis Actor. 2. v. 13. in prima concione Pentecostes: & Athenenses idem fecerunt Paulo, Actor. 17. v. 32. cum Christianæ fideli articulos ipsis exponeret, & sic omni tempore doctrina clementia, modestia, continentia, beneficentia à mundo ridebitur. Sed verbi ministri hasce fannas eo patientius ferent, qvia vident, ne Christum quidem Dominum ab ipsis liberum fuisse. Quid vero Christus? 1. Non cedit Pharisæorum fannis, sed doctrinæ sua autoritatem tuerit, & vicissim in ipsis justo zelo invehitur, ipsisque hypocryeos larvam detrahit. *Vos estis, qui justificatis vos ipsis coram hominibus,* quasi dicat, vultis novisse, quales vos sitis? Ego patris vobis in licabo. *Quæcumq; vos facitis, illa omnia in eum finem.*

finem facitis, ut vobis coram hominibus opinionem sanctitatis & justitiae paretis. Hinc omnia in externis ceremoniis polita habetis, in crebris lotionibus, jejunis, precationibus & eleemosynis in publico, in sacrificiis, peculiari vestitu, & singularibus geltibus, quibus vita veltra sub specie boni contegitis, ut pietatis studium sub exemplo Patriarcharum, & promissionibus legis tueamini. At utcunq; coram hominibus, qui tantum ex externis judicant, sancti & justi habeamini: verum Deus novit corda vestra. Quæ, quia hypocrisi, invidia, elatione & irrisione plena sunt, ipse abominatur. *Quia quod hominibus excelsum est, abominandum coram Deo est.* Hominibus excelsum hic vocat non virtutes & heroica facta, quæ etiam gentilibus interdum admiratione fuerunt: sed Pharisæam & hypocriticam elationem, quæ se coram hominibus vendit, ut summi sancti esse videantur, licet intus & in cute sint hypocritæ. Monet nos hæc sententia, ne nos ex mundanorum hominum judicis pendere desideremus. Multa enim homines approbant, quæ DEUS reprobat. Sed operam demus, ut nostra consilia, actiones, vitam & alia DEO probemus. Huic si placeamus, sufficit, si maximè alias toti mundo displiceamus. Paulus talia hominum judicia reject & repudiavit, 1. Cor. 4, 3. & Gal. 1, 10. scribit: Si hominibus placere vellem, Christi servus non factus essem. Idem de aliis rebus accipi potest. Abundare divitiis, ab omnibus honorari, & in omnibus rebus primas tenere, coram hominibus excelsum quid est, & suspiciendum: sed nisi vera iisdem adfitt pietas & sanctitas, tales abominationi sunt coram DEO. Ita mundana sapientia, eloquentia & consilia dare, magnum quid sunt coram hominibus: sed nisi *virginea* nostrum captivum teneamus in obsequium Christi, 2. Cor. 10. v. 5. talis sapientia carnis imitativa est DEO, Rom. 8. v. 7.

2. Sui officii & muneris rationem reddit: *Lex & Prophetæ usque ad Joannem*, ab eo tempore regnum Dei evanescit. *Ioy annunciatur.* Malè habebat Pharisæos & scribas, qui cum ipsi in suis synagogis legem Mosis & Prophetas legerent. Jesus passim Evangelium suum de regno DEI urgeret. Hujus rationem reddit, & fatetur, legem & Prophetas habere in populo DEI usum præclarum & multiplicem, siquidem à DEO ipsi dati fuerint in pædagogum ad Christum, Gal. 3. v. 24. Ac proinde finem suum illa habitura esse, jam olim præmonstratum fuisse. Hunc finem adesse Joannem Baptistam, ipsis indicasse, siquidem apertè docuerit, jam adesse illum inde ab initio promissum humani generis servatorem, qui expiatis mundi peccatis, & devicta diaboli tyrannie, DEI regnum instauratus sit: & hunc servatorem ipsum digitò monstrasse. Non debere igitur ipsos mirari, quod relicti veteris cultus ceremoniis, auditores suos per prædicationem Evangelii invitare, ut fide regnum DEI suscipiant, in illud ingrediantur, atq; sic beata Dei cœna fruantur. Licet autem hæc ipsa DEI prædicatione ipsis sit ridicula, quam subfannent: novisse

tamen dicunt, eam non esse inefficacem. Quantuvis enim ipsi rideant: tamen rās eis dīrūt Guīsā, quivis in illud vim facit, vocula rās hic promiscuam multitudinem significat, quæ qual Pharisæis & scribis opponitur: unde recte translata est quivis. Vult Christus Pharisæis dicere: Rideatis vos quantum volueritis, tamen sciatis alios sati multos superesse, qui pro consequendo DEI regno turmatum confluent, veluti contendentes illud aliis præripere, siquidem nullus is forum in hoc studio postremus esse vult. Hanc sententiam licet alio fine adductam etiam supra habuimus ex Matth. 11. v. 12. quæ in 56. cap. harmonia fusæ exposita est: & posunt inde aliqua cum fructu huc transsumi. Cæterum quia dixit, *Lex & Prophetæ usque ad Joannem*, ne calumniari possent, sicut aliquoties ab ipsi factum, ipsum esse legis destrutorem, cuius auctoritatem labefactet, ideo constantissime illud urget, & addit sententiam de legis indissolubilitate; *Facilius est cœlum & terram præterire, quam Legis unum apicem cadere.* Ad hujus sententia expositionem facit, quod idem servator nofer Matth. 5. v. 17. in eandem sententiam dixit, & exposuit est c. 51. Harm. peric. 3. ubi prolixè docuit, se non venisse ut legem destruat: sed ut eam compleat. Eandem hanc quæstionem de legis destructione tractat etiam Paul. in epist. ad Galat. cap. 2. & 3. Et si enim lex ceremonialis est abrogata post Christi adventum, cuius typus erat: et si etiam lex forensis magna ex parte concidit, quia tantum promulgata erat pro politia Judaica: et si denique etiam à maledictione & damnatione legis moralis liberati sumus: tamen manet legi sua autoritas ratio & sacrosancta, quia illa omnia in Christo Iesu suum complementum habent, absque quos si essent, etiamnum legis pædagogiae per omnia subiecti maneremus.

3. Ut nullum dubium relinquat, se legem Moses non abrogare, exemplo id docet sumptu ex lege forensi, quo exemplo Pharisæos pungit, quod ipsi sint, qui legem Moses solvant, quod inter alia faciunt crebris suis repudiis & divortiis. Apud Judæos enim jam usu introductum erat, ut marito concessum esset leviculum ob causam & propter exiles nèvos, uxori sua, si ulterius ipsi tardiorum vel molestem esset, dare dimissoriam epistolam, & instrumentum libertatis, ut libera permisisti unicuique viro. Contra hanc Judæorum licentiam, vel potius levitatem Christus hic paucis suam exponit sententiam, & dicit: *Qui quis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit.* Et omnis qui dimissam aviro ducit, adulterium committit. Sic verò Christus matrimonii dignitatem asserit, & prohibet, ne potentes repudiis ludant, sicuti pueri astragalis, quod multis in locis valde usitatum est. Quia autem de hac sententia dictum est cap. 51. Harm. peric. 3. ex Matth. 5. v. 31. & infra ex Matth. 19. v. 3. & Marc. 10. v. 2. hæc ipsa controversia inter Christum & Pharisæos prolixe tractatur, eo rem omnem rejicimus.

CAPUT CXXIII.

CONTINENS PARABOLAM DE
DIVITE EPULONE.

LUC. 16. vers. 19.

RATIO ORDINIS.

Jucundum est observare, quam exquisito ordine haec doctrina & parabola Christi se mutuo sequantur. Luc. 14. v. 16. Phariseos & Scribas invitavit ad magnam coenam, in caelis param iis, qui vocatione parent, & per fidem sese DEO sustinet. Sed Pharisei & Scriba secure hanc coenam negligunt. Luc. 15. v. 1. publicani & peccatores Christo appropinquant, ut ex ipso discant, quomodo hujus coenae participes fieri queant. Hoc Phariseos male habet, sed Christus parabolis ostendit, quam necessarium sit, si Deus per clemenciam nos intrare compellat, ut ipsi obtemperemus, nisi teterima fame perire velimus. Si autem veniamus, DEUM Patrem summa clementia nos suscipere, peccata & offensas clementer condonare, & pristino amori atque dignitati tales restituere. Sed nec hoc movit Phariseos, quia erant avari & colligendis nummis magis intenti, quam acquirendo regno DEI. Ergo Christus in principio hujus cap. 16. sermone quidem ad discipulos directo, sed ut & Pharisei audirent, proponit parabolam de iniquo dispensatore, eaque docet Phariseos non perpetuo in bonis suis terrenis delitiatiuros, sed forte tempus, quo rationem reddituri sint, quomodo illa dispersarint. Quapropter blande invitat & hortatur eos ad beneficentiam erga pauperes, additis multis rationibus, quae animum prius permovere possunt, ne cor suum apponat divitis, neve servitio Mammonae sese dedat: sed potius de paradisi aeternis tabernaculis cogiter. His vero Christiani usque adeo nihil moti sunt, ut Christum irriderint, & naso suspenso subsannarint. Cum ergo malitia & improbitas Phariseorum crescat, crescit etiam apud Christum zelus, qui jam aliam parabolam addu-

cit, qua arctius eos premit, & metu futurae damnationis percellere cupit. Nam cum ipse sit Dominus caeli, terrae & inferorum, hic quasi una manu paradisum aperit, & ad istum oculi beatitudinem Lazarus conspiciendam praebet: mox alteram manum in gehennam usque extendit, atque inde hunc epulonem, ceu tritionem fumigantem profert, eumque vicissim naribus Phariseorum admoveat, ut gustent, quomodo haec caro ustulata ipsis sapiat, & an etiam risuri sint, quando venerint in illum locum tormentorum. Quapropter ab abuso terrenarum facultatum sibi caveant, & benignitate erga pauperes utantur. Nam etiam hic epulo noluit recte dispensare sua bona, non desideravit sibi facere amicos ex iniquo Mammona, sicuti Pharisei. Sed tandem cum aeterno suo damnatio expertus est, qui fuerit exitus horum omnium. Epulo, quod Pharisei notare debuissent: non fuit ~~de~~ vocat enim Abraham patrem, ob circumcisionem, noverat etiam Mosen & Prophetas, & tamen venit in locum tormentorum, quia pauperem Lazarum ita immisericorditer neglexit. Ostendit igitur Christus in divitiis & prosperitatibus hujus vitae nequaquam felicitatem collocandam esse, ut ferre homines faciunt: neque quenquam ob paupertatem, aut alias mundi adversitates pro infelici judicandum, sed in omnibus aeternitatem spectandam esse. Denique hac parabola quasi exemplum proponit sententiae sue paulo ante prolatae, qua dixerat; *Quod hominibus ex celsum est, abominandum coram Deo est.* Quid coram hominibus magis suspiciendum est quam cum epulone regalem ducre vitam? Sed hic abominationi fuit coram DEO. Quid magis abjectum, quam instar Lazarri mendicare, & in mendicitate mori? sed hic latuus sit incola caeli.

DIVES EPULO, ET PAUPER LAZARUS.

LUC. 16.

19. Αὐτωπό δέ πει λινούστο. ηδί ένεδιλποτε πορφυραν χειράσον, εὐφρανόμενος καθ' ημέραν λαμπτών.
 20. Πτωχός δέ τις λινούσατι λαζαρός εἰς ἔβδομο τοῖς την πυλῶνα αυτοῦ πλευμένος.
 21. Καὶ ὑπέθυμον χορταδίους όποι τὸν ψιχών τὸν παραστατὸν δύο δὲ σαπεῖς τὴν πλευσίαν. ἀλλὰ ηδί οἱ κινεῖς ἐχόμενοι απελεύχησαν εἰς ἕκαντα.
 22. Εὑθύτο δὲ παθαγεῖ τὸν πτωχόν, χειρανεγκλίων
 Harm. Tom. I.
19. Homo quidam erat dives, qui inducatur purpura & byssu & epulabatur quotidie splendide.
 20. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad jannam ejus ulcerosis.
 21. Cupiens saturari de micis, que cadebant de mensa divitis. Sed & canes veniebant, ac lingeabant ulcera ejus.
 22. Accidit autem, ut moreretur mendicus, & de-

S. L. autor